

riari videtur, abunde refutauius ad principium tit. Institut. de hereditatib. quæ ab intestat. defer. nu. 190. & seqq.

7 Verum si enim verò si vasallus, fato functus prægnantē vxorem reliquerit, & ea postea filium pepererit? huic filio femina quantumuis in feudum successerit, cedere cogitur. Huiusque ratio expedita est: tum

8 quia is, qui in vtero est 2 Sed quæro, quid e conuer- pro iam nato habetur in b so, nunquid b femina semel his, quæ ad eius commo dum pertinent. I. qui in vtero, 7. & 26. ff. de stat. hom. l. si quis, 23. ff. de captiu. & postlim. reuerf. cum vir. 25. ff. de condit. & demonstr. Tum si quia ceptum etiam pro perfecto, & completo habetur, l. cum aurum, 19. §. infecti, l. i. ff. de aur. & arg. legat. cetera, 41. §. sed si patuit, 14. ibique Bartol. ff. de legat. 1. Atque ita docent Martheus de Afflict. ad d. tit. 17. lib. 2. F. Hartm. Pistor. d. lib. 2. q. 35. num. 11. Vult. d. lib. 1. de feud. c. 9. nu. 49. pag. 436. hosque referens D. Bocer. d. tract. de iure succedendi in feud. c. 3. quæst. 8. Harprec.

10 Nunquid femina semel exclusa, &c. Et si multi, ijque clarissimi Iuriconsulti ( præter Clarum nostrum hic in veris quæ tamen mihi semper) existimant, feminam per masculum a feudo semel exclusam, non perpetuò intelligi a feudi successione

11 remotam, Iacobus f. de Beluilo, Martin. Laudens. & Cuiac. in tit. 6. §. quin etiam, lib. 1. F. Iacobus de Ardizone in summa feu. part. 3. tit. de feudi success. vers. inde videtur, & c. Sonsbecc. in commentar. in vsus feud. part. 9. nu. 130. & seqq. Guerrin. Pifo in prælud. feud. c. 40. vers. quarta species, nu. 27. Ioan. Fichard. in addit. ad Ioannem Baptistam a Villalobos lib. commun. opin. lit. F. nu. 60. Hartman. Pistor. lib. 2. quæst. 36. nu. 5. cū seqq. Vult. lib. 1. de feud. c. 9. nu. 52. & seq. Mynsinger. cent. 5. obseru. 74. n. 8. Forster. lib. 3. de successione. c. 14. in fin. Heigius part. 1. quæst. 26. Loriot. in tit. de his, qui feud. dar. poss. §. & quia, vers. sed dubium. Math. Stephan. cent. 3. quæst. 6. ad litter. B. Hænon. disput. 12. sub controuerf. 5. ad fin. Niellius disput. feud. 5. thes. 4. lit. C. in fin. Rudinger. lib. 1. variar. lection. iur. feud. num. 10. cum sequentibus. Anton. Peregr. de fideicommiss. artic. 29. num. 18. & art. 27. nu. 24. & Rosenthal. in tractatu iuris feud. cap. 27. conclus. 54. num. 3. & si qui sint alij, ab his allegati. Contrariam tamen, tanquam veniorem f. & receptiorem, sententiam amplectuntur Andreas de Ifern. Bald. Aluarott. Præposit. Afflict. Schench. Baro, & Paulus Picus num. 12. in dict. tit. 6. §. quin etiam lib. 1. F. Ioann. Blanc. in summa feud. de successione. feu. vers. vel dic, quod masculis, & c. Odofred. in summa. sub tit. qui poss. in feud. succed. Grass. lib. 1. receptar. sentent. §. successio ab intestato, quæst. 4. num. 2. Hannon. lib. 2. de iur. feud. capit. 9. sub fin. Tiraquell. in repetitione, l. si unquam, 8. ad verb. suscepit liberos, num. 193. & seqq. C. de reuocand. donat. Gailius lib. 2. obseruat. 148. Franciscus Curt. Iun. in tractat. feud. 3. part. princip. in princ. num. 32. vers. vigesimo septimo. Duar. de feu. cap. 10. nu. 12. Ioan. Thom. de Marin. in tractat. feud. tit. 1. de feud. femis. nume. 38. & seq. Raphael Cuman. conf. 99. col. 1. Angel. de Perusio consilio 321. col. 3. Francif. de Aret. conf. 50. & consil. 158. col. fin. vers. circa secundum. Stephanus Vvernanus consil. 276. Hugo Celsus prædicto consilio 26. nu. 48. Ioan. de Imola consil. 27. post medium. Ioā. Rubens conf. 57. num. 2. Burfat. consil. 80. num. 9. Claud. Cantinus consil. 35. numer. 42. Caphal. consil. 20. Tiber. Decian. conf. 98. nu. 21. vol. 1. Iacob. de Riminald. consil. 678. nu. 17. volum. 4. Ludou. Zunthus Patmens. in consilijs suis pro vxore, conf. 2. num. 948. Anton. Henrichman. conf. 37. tom. 3. Grammat. decis. 63. Marant. disput. 10. nu. 15. Adrian. Gylman. tom. 2. Symphorematis supplicationis, part. 1. vot. 21. n. 16. & seq. Borchol. in Comment. in consuetud. feud. c. 7. part. 2. num. 36. Schrad. in tract. feud. par. 7. c. 4. nu. 83. Mozz. de natur. feud. n. 99. Menoch. conf. 1. n. 45. §. vol. 1. & consil. 400. nu. 15. vol. 4. Fachin. lib. 7. controuerf. iur. c. 45. D. Collega Bocer. in tract. de inuestitur. feudi, c. 5. n. 26. cū multis seqq. & in tract. de iur. succed. in feu. c. 3. q. 4. Andr. Kinchen. par. 1. de inuestiturarum pactioib. cap. 3. nu. 23. cum seqq. & Gothofred. Anton. disput. feud. 5. thes. 6. ad lit. A.

Rationes, & fundamenta huius sententiæ varia afferri solent. Primum f. sumitur ex textu in titulo 6. Episcopum, vel Abbatem, & c. §. quin etiam, libro 1. F. vbi I. C. Feudista, Quinctiam, ait, si quis eo tenore feudum acceperit, vt eius descendentes masculi, & feminae illud habere possint: relicto masculo,

14 lo, vterius feminae non admittuntur. Quo f. in textu per ditionem vterius aperte ostenditur, quod relicto, & succedente masculino, femina nunquam amplius admittatur. Est etenim ista dicitio vterius aduerbium temporis perpetuo exclusiuum, vt arguit capir. cum accessissent, 8. versiculo fuit insuper, ibi, ne primiceriatu, dignitas esset vterius in Ecclesia, vbi Baldus extr. de constitutionibus, & l. 3. in fin. C. de præscription. triginta, vel quadraginta annorum, atque adeò eandem continet potestatem, quam vox amplius, aut deinceps: & denotat priuationem, seu summotionem perpetuam, non suspensiuam, aut moratoriam: sicuti dicitur de stipulatione amplius, vel deinceps non agi, vel peti, l. eadem dicimus, §. Caiō, ff. de verb. oblig. l. amplius non peti, 15. & l. procurator, 23. ff. rem ratam haberi. Nec mouet quicquam, quod cum verbum illud admittuntur, in textu positum sit præsentis, non futuri temporis: secundum huius verbi tempus accipiendum quoque sit aduerbium, vterius, proindeque de præsentis, nõ vero de futura successione in feudum, textus ille intelligendus sit: eo f. quod qualitas adiuncta verbo, secundum tempus verbi exaudiri debeat, l. in delictis, 4. §. si extraneus, ff. de noxalibus, act. l. Titius, 25. ff. de testamento militar. Alexand. consilio 83. num. 11. vol. 3. conf. 5. nu. 3. conf. 101. num. 14. volum. 5. consil. 29. num. 6. conf. 139. nu. 3. conf. 143. in princ. conf. 198. num. 12. conf. 207. nu. 10. & conf. 227. nu. 8. vol. 6. Nam quoties qualitas verbo adiuncta non patitur, vt secundum tempus verbi illius intelligatur: toties fallit ista regula, quæ habet quod qualitas verbo adiecta, secundum tempus verbi illius sit intelligenda, argum. l. in substitutione, 3. ff. de vulg. & pupill. substitut. c. vltim. §. item opponitur, 22. quæst. 2. c. Raynutius, 16. extr. de testam. Petrus Duen. in fallentis regular. iur. sub lit. Q. regul. 556. vers. 2. fallit, & vers. quinto, & c. Menoch. consil. 225. nu. 16. & conf. 227. nu. 25. & 60. Quare aduerbium vterius non fit futuri temporis, propria eius natura inspecta, iuxta eius gentinam proprietatem: verbum quoque illud admittuntur, censendum erit.

16 Secundum f. fundamentum supeditat clausula generalis dicitur tit. 6. §. vlt. libro primo. F. Vbi Feudista inquit: Et his omnibus casibus feudum amittitur, & ad dominum reuertitur. Ex quibus verbis indubitate constat, quod in isto titulo sexto (vt & in proximè præcedenti) de casibus agatur, quibus feudum amittitur, & ad dominum reuertitur. Vnus proponitur in princip. & §. 1. eiusdem tituli: duo autem in d. §. quin etiam, & §. vlt. Primus casus est, quo feudum non iure datur, sed ad dominum: ut quia Prælati Ecclesiæ feudum res Ecclesiæ dedit, quæ antiquitus dari in feudum non consueuerunt. Alter est, quod sine liberis decedit vasallus, per quem femina prius exclusa fuit. Tertius est, quo vasallus, quod natura mutus est, feudum retinere non potest. Cum igitur his casibus omnibus feudum amittatur, & ad dominum reuertatur: plusquam manifestum inde fiet, quod femina per masculum prius exclusa, eo mortuo, ad feudi successione in locum masculi nunquam amplius admittatur.

17 Qui f. enim feudum amittit, ius succedendi in illud saluum amplius habere nequit: cum remotò subiecto, feudo scilicet, & in re succedendi in illud, remoueat etiam necessario eius adiunctum, in remota nimirum successio.

Ad hæc si feudum, a quo per masculum femina fuit repulsa, eo masculino sine liberis defuncto, ad dominum reuertitur: haud quaquam uerè dici poterit, quod femina ista exclusa ad illud regressum iure habeat.

18 Tertium argumentum tale est: Quicumque in defectum alterius ad successionem vocatur, is, succedente eo, cuius in locum vocatur, in tantum excluditur; ut postea non admittatur amplius: licet ille, per quem remotus fuit, post eà decesserit, aut iure, in quod successit, abstinuerit, l. 3. & l. quamdiu, 69. ff. de acquir. uel omitt. heredit. l. ait prætor, 7. §. sed quod, 10. ff. de minoribus, l. uerbis ciuilibus, 7. l. in pupillar. 14. & l. ex factis, 41. in princip. ff. de vulg. & pupillar. substitut. §. masculino igitur, 8. Instit. de pupillar. substitut. & l. post aditam, 5. C. de impuber. & alijs substitutionib. Atqui uerò femina quando inuestituræ pacto ad feudi successione vocatur, in defectum saltem masculorum uocari intelligitur, tit. 17. in princip. ibi, uel bis deficientibus, tit. 18. ibi, & masculis deficientibus, & tit.

& tit. 30. ibi, deficientibus filijs masculis, lib. 2. F. Ergo masculino succedente, femina, quæ pari gradu cum eodem masculino extat, sed per ipsum feudo excluditur, nunquam postea ad idem feudum, mortuo quantumuis eo masculino, admittitur.

19 Quartum argumentum huiusmodi est: Quicquid f. sub conditione datur, sub contraria conditione non dari censetur: & contra, quicquid sub conditione admittitur, sub contraria conditione dari intelligitur, l. quibus diebus, 40. §. quidam Titio, & l. aliquando, 107. ff. de condit. & demonstrat. Crauet. conf. 344. num. 4. Sed ius succedendi in feudum pacto inuestituræ datur feminae sub hac conditione, si masculi deficient. Verba namque deficientibus masculis, in d. tit. 17. d. tit. 18. & d. tit. 30. lib. 2. F. conditionem important: cum f. sint duo ablatiui ab soluti quorum ea natura est, vt conditionem inducant, vel in conditionem resoluant, l. ab emptione, 58. ff. de pact. leg. creditor, 13. in princip. ff. qui potior. in pign. hab. l. euictis, 18. in princ. & l. lite contestata, 35. ff. de vsur. l. fructus, 7. §. diuortio factis, ff. solut. matrimoni. l. acceptis, 93. ff. ad leg. Falcid. l. facta, 63. §. referipto, ff. ad SC. Trebellian. Rolandin. à Valle conf. 65. nu. 23. vol. 3. Quocirca sub contraria conditione, si scilicet masculi non deficient, sed extant, & in feudum succedant, non censetur feminae datum ius succedendi in feudum. Cui autem ius succedendi non competit: ei, nec successio competere dicitur; cum successio ipsius iuris succedendi effectus perhibeat.

21 Quintum argumentum ita habet: Quicumque aliquo modo à successione excluditur, is nulla ratione ad eam amplius admittitur, argum. l. si ponas, 23. §. 1. ff. de inoffic. testam. l. 2. in princ. & §. 1. & 2. ff. de exceptioib. Atqui femina, à feudi successione per masculum remota, excludi dicitur, per textum in tit. 104. casus, quibus femina in feudo succedit, §. item si quis eo tenore, ibi feminae excludantur. in extraord. cap. in vlt. feudor. Igitur femina a feudi successione semel per masculum remota nulla ratione ad eam amplius admittitur.

22 Sextum argumentum hoc est: Ius f. semel confopitum, siue extinctum amplius haud reuiuiscit, l. 3. §. si capitis, 9. vers. cū ast omiserit, ff. de bonis libertor. l. in tantum, 6. §. sacra autem; vers. semel, ff. de diuif. rer. l. sed si meis, 26. §. arbor. ff. de ac-

quir. rer. dom. l. inter stipulantem, 83 §. factam, ff. de verbor. obligat. l. qui res, 98. §. aream, 8. ff. de solutionib. Sed ius succedendi in feudum, feminae ex pacto inuestituræ competens, excluditur extante & succedente masculino, per d. tit. 194. §. item si quis, in extraord. cap. & alia iura supra adducta. Illud ergo ius mortuo postmodum eodem masculino, haud reuiuiscit.

Septima ratio, à simili petita; est illa: Femina, quæ f. vigori. statuti per masculum à successione bonorum semel fuit remota, licet masculus ille deinde fuerit defunctus, ad successionem tamen amplius non admittitur; vt docent Bartol. in l. vlt. ff. ad. SC. Tertullian. Bal. in l. si quis posthumus, 9. §. si filium, ff. de liber. & posthum. & in leg. posthumus, 6. in princip. ff. de inoffic. testam. Francisc. Aretin. conf. 144. Alexand. conf. 43. volu. 3. Soc. conf. 92. vol. 1. & conf. 50. vol. 3. Paris. conf. 21. num. 16. Gail. lib. 2. obser. 148. nu. 4. Anton. Peregrinus in tract. de fideicommiss. art. 27. nu. 17. Quapropter feminas etiã a feudi successione per masculum remota, eo masculino defuncto, amplius non admittitur: quippe cum ius feudorū regulariter feminas à feudis penitus repellat, tit. 1. §. hoc autem, 3. & tit. 8. §. filia vero, l. 1. & tit. 50. lib. 2. F. & latius expositum supra ad quæst. 73. numero primo, & sequentibus.

Octaua denique ratio patefcit ex tria illa iuris regula, quæ dicitur: quod f. vnumquodque ad naturam suã facile reuertatur, d. l. in tantum, 6. in princ. ff. de diuif. rer. l. si vnus, 27. §. pactus, ne peteret, vers. quoties enim, vbi Ias. ff. de pact. l. hac cōsultissima, 21. §. si quis autem, C. de test. can. ab exordio, 2. & ibi gl. super verb. reuoluit, dist. 53. Cū ergo feudi natura ea sit, vt ad eius successione feminae nõ admittatur: certe ad hæc naturã reuertitur feudum, si femina per masculum semel à feudi successione repulsa in perpetuò exclusa maneat. Quæ cõtra hæctenus confirmatã sententiã opponi solent argumenta, ea post D. Bocerum in locis supra citatis, nos copiosissime cõsultauimus ad princip. tit. Institut. de hered. que ab intest. defer. nu. 159. & seqq. Harprec. c. Exclusa. Et de ista quæst. adde, atque vide in collecta mea commun. opin. verb. feudum, num. 173. & plenius in verbo, Femina, nu. 18. cum multis sequentibus. Giach. d. Quod sic. Adde Burf. conf. 63. num. 17. lib. 1. qui hæc dicit commnem, etiã si masculus in continet decedat. Gouern.

QVÆSTIO LXXXI.

SVMMA RIA.

Ex Claro.

- 1 In feudis dignitatum an requiratur noua concessio. Ex Additionibus.
- 1 In feudis dignitatum an, & quatenus locum habeat successio remissa.
- 2 Primogenitus in successione feudi regalis ceteris suis fratribus præfertur.
- 3 Vtrum nepos ex filio primogenito, patris suo secundogenito in iure primogenitus a præferri debeat. Iul. Clari Sentent. Pract. Ciuil. & tit.

- 4 Nepos in patris sui mortui locū, & cõi, & feudorū iure succedat.
- 5 Pater, & filius eadem fere persona reputantur. (dit.)
- 6 Vox patris tanquam vox filij est.
- 7 Pater, & filius vna caro habentur.
- 8 Pater, cui commissa est legatio filium substituere potest.
- 9 Filio primogenito ius suum primogeniæ fratri vendere, & cedere licet.
- 10 Hæredes in omne ius definiti succedunt.
- 11 Quod cessibile est, ad hæredes quoque est transmissibile.
- 12 Feudum semel stirpi alicui quæsitum, quatenus in ea perseneret.
- 13 Ius ordinis, & loco alicui tributum, cui debeat.
- 14 Iura magis succurrunt de danno vitando certanti, quam lucrum captanti.

DDITIONES.

AN in feudis dignitatum. &c. An & quatenus in feudis dignitatum, puta Ducatus, Marchionatus, Comitatus, baronie, &c. locum habeat successio, post alios, fusius explicat Henricus a Rosenthal. in tract. iur. feud. cap. 9. membr. 1. conclus. 55. nu. 7. cum seqq. D. Bocer. in tract. de iur. succed. in feud. cap. 3. q. 48. Hucq; referri poterunt, quæ annotauimus supra ad q. 44. Harprec.

QVÆST. LXXXI.

1 QVæro, an in feudis dignitatum, puta, Marchionatus, vel Comitatus, requiratur noua concessio, ad hoc, vt descendentes inuestiri in ipsius feudis succedant? Respond. quod de iure vtrique requirebatur noua concessio, ex quo huiusmodi feuda potius electio, quam successions obueniunt. Et ita colligi videtur ex text. in c. 1. de feudo March. Sed tamen consuetudo contrarij usus pauit, quia hodie in istis feudis

1 re possit: & id, quod cessibile est, ad hæredes etiam sit transfusibile, arg. l. ex pluribus, 42. vbi Bart. num. 1. & alij, ff. de 12 administrat. & peric. tutor. Tum etiam quia feudum semel scripti alicui questum, perferat in ea, quamdiu successor in illa superest, & non de vna stirpe in aliam desinit, tit. 8. de success. frat. & tit. 50. de natura success. feud. libr. 2. f. Tum etiam quia ius ordinis, & loco alicui concessum, ei tantum, qui ordinem, & locum illum occupat, debetur, l. immunitat. l. 1. in princip. l. 3. §. 1. & l. 4. §. quanquam, 3. ff. de censibus. Cum igitur ius primogenituræ, siue maioratus ordinis, & loco filij natu maximi tributum sit: debetur certe nepoti, qui subducto de familia patre, in locum, ordinem, gradumq; illius ita successit, quasi nunquam vacuus ille fuisset, argument. l. filius, 28. §. liberos, 7. ff. de coniungend. cum emancipatio liberis eius, l. filium, 20. §. videamus, in fin. ff. de bonor. possess. contra tab. 14. Tum et postremo quia iura magis subueniunt de damno vitando certanti, quam lucrum captanti. Proculus, 26. ff. de damn. infect. l. 2. §. item Varus 5. ff. de aqua plu. arcend. l. si is, cui 71. in fin. ff. de furt. & l. vnica. Cod. pen. fiscalib. creditores præferri, libr. 10.

1 Sed nepos in nostra specie de damno vitando certat: quonia spem succedendi in patre suo radicam habet, quæ iam ad ipsu transfusa est. Patruus autem de lucro captando laborat: quia, quod petit, nunquam habuit: ita vt si id consequatur, tanquam merum lucrum ipsi obtingeret. Atq; his, alijsq; pluribus argumentis hanc assertionem confirmant. Tirac. in tract. de iur. primigenior. q. 40. h. 19. & a. quot. seqq. Myninget. cent. 3. obser. 23. Arimæus Exercitat. Inlt. 1. th. 6. controners. iur. c. 2. Ioan. Andræ in additionib. ad Speculatorem super rubrica, de feud. vers. redeundo ad indiuiduum circa finem Oldrad. consil. 224. Frider. Schenck. Baro ad tit. 24. de feudo Marchia, lib. 1. f. nu. 14. Petr. Gregor. de Reptubl. libr. 7. cap. 10. Matthias Stephanicent. 3. q. 5. D. Bocer. in tract. de iure succed. feud. cap. 3. q. 48. Henricus a Rosenthal. in tract. iur. feud. cap. 7. conclus. 26. nu. 13. alijque complures ab his laudati. Tamen si post multos alios quos cumulant Tiracellus d. quæst. 40. numer. 15 & Rosenthal. d. conclusio. 26. in addit. sub littera O, dissentiant Cuius ad tit. 1. libr. 2. f. Ioannes Petrus Surdus consilio 403. nu. 34 cum seqq. lib. 3. & Goldastus in Dicitur su exoterico, iustitio eiusdem tractati de Maiorat. num. 9. &c. Quorum argumenta potiora diligenter diluit Dominus Bocerus quæstio. 48. & de ijs nonnihil etiam mouimus ad dict. principium tituli. Inltit. de hæreditatib. quæ ab intest. defunct. numero 82. & seqq. Harprec.

1 Affirmantium opinio approbatur. 2 Quoties casus aliquis feudorum placitis non est expresse decisus eius decisio ex iure communi petenda est. 3 Accurata explanatio c. 1. §. naturales, si de feudo defuncti content. sit inter dom. & agnat. vas. tit. 26. lib. 2. f. 6 Impium est de viuentis hæreditate socitum esse. 7 Qui legitimi fieri dicantur. 8 Responso ad quorundam obiectionem. 9 Compilatores iuris feudistici haud dubie cognitionem iuris Romani habuerunt. 10 Iura canonica in sum prodierunt post consuetudines feudorū 11 Quis eligendus Episcopus. 12 In dubio iuris sermone qua admittenda interpretatio. 13 Statutum loquens de legitime natis complectitur etiam per subsequens matrimonium legitimatos. 14 Et quid si feudum uasallo concedatur pro se, et filijs legitime natis.

QVÆSTIO LXXXII.

SVMARIA.

Ex Claro.

- 1 Filius naturalis an succedat in feudo. Et quid si sit legitimatus ad feuda. 2 Et quid si talis legitimatus sit spurius. 3 Et quid si legitimatio facta sit a Comite Palatino. 4 Et quid in legitumato per subsequens matrimonium. 5 Et quid si feudum receptum sit pro se, & filijs legitime natis.

- 1 Filij naturales in feudis non succedunt 2 Vtrum naturales filij, per subsequens matrimonium legitimati, in feudis succedant.

ADDITIONES.

Naturales.] Naturalis quis proprie dicatur, & quis large, vide supra §. Emphyteusis, quæst. 30. atque in singul. meo 37. nec non in collect. mea commun. opin. in verb. naturalis nu. 1. vbi declaratur. Itē an fratres, feuda paternæ, & hæreditaria, iisque adiacentia, contra fratrem legitimatum, qui ad feudum se admitti petit, incapitatem eius opponere possint, & cum vi extraneum repellere? vide Menoch. in cōf. 202. vbi plene, & pulchre. Itē quod filius legitimatus etiam specialiter succedat non solum in bonis allodialibus, sed etiã feudalibus, commune vide per Socin. conf. 3. nu. 9. vol. 3. & dixi in collect. mea cōmun. opin. in verb. filius, num. 81. Giach.

QVÆST. LXXXII.



1 Filius naturalis non succedit in feudo. Filios naturales, etiam legitimos, ad feudi successione non admitti, certi iuris est feudalis, cap. 1. §. naturales, Si de feudo defuncti contentio sit inter dom. & agnat. vas. tit. 26. lib. 2. f. Sed grauissima questio est: Num naturales filij, per subsequens matrimonium legitimati, vt in allodij, ita & in feudis, eque ac legitime nati, succedant? Et licet nonnulli negatiuam, tanquam veritati theoreticæ magis consentaneam, sententiam defendere nitantur, Sonsbecc. in Commentar. ad vius feudor. part. 9. num. 72. Vultzeus lib. 1. de feud. capit. 9. num. 94. pag. 540. Miellius disput. feud. 5. th. 7. sub liter. D. & Gothofred. Anton. disput. feud. 5. th. 6. ad lit. C. uers. quid si per subsequens matrimonium, &c. affirmatiuam, vt tamen, ut in praxi veramita & in theoria uerissimam, conspirantibus uotis, præter Clarum hic nostrum num. 4. & ab eo relatos, uentur Iacobus de Beluiso, Baldus, Præposit. Matth. de Afflic. Fridericus Schenck, Landens. Aluarort. & alij in dict. §. naturales. Hostiens. Ioan. Andr. & Anton. de Butr. in cap. lator. 5. extr. qui filij sint legit. Ripa in l. si vnquam, 8. num. 88. C. de reuocand. donat. & in l. ex facto, 17. §. si quis rogatus 4. num. 84. ff. ad SC. Trebellian. Schrader. in tract. feud. part. 7. cap. 5. num. 21. Borcholt. in Commentar. ad consuet. feudor. cap. 7. num. 48. Vilalobos in th. commun. opin. lit. L. num. 73. Gail. lib. 2. obseru. 141. num. 2. Soarez. in thesaur. recept. sentent. lit. I. num. 125. Franciscus Viuius lit. F. uerb. filiusfamilias, uers. filij nati ex legitimo, &c. Rosenthal. in tract. iuris feud. cap. 7. conclus. 18. num. 1. & 2. Olemann. ad lib. 3. disput. iur. ciu. Giphani, disputat. 23. numer. 9. pag. 7. Duaren. de feud. cap. 11. numer. 7. Schneideuin. de feud. part. 6. num. 13. D. Bocer. in tractat. de iure succed. in feud. cap. 3. quæst. 2. Roberus disput. 3. ad Inltit. th. 4. Heigius ad princip. tit. Inltit. de hæreditatibus, quæ ab intest. def. cap. 5. num. 158. Andr. Gerhardt. Exercit. Iulian. deced. 11. in coronid. & Rudinger. lib. 1. uar. lectio. iur. feud. lib. 1. cap. 16. num. 4. Atque secundum hanc communem sententiam quotidie prædicari, eamque confirmari sententijs iudicium, attestatur §. cent. 1. conf. 1. num. 16. Eaque in Camera Imperiali vnanimi Assessorum suffragio recepta est, tradente Myningero, cent. 5. obseru. 42. Quin & eandem in Consistorijs Ducum Saxonie obseruari scribunt Schneideuinus d. part. 6. num. 13. & Hartmannus Pistoris lib. 2. quæst. 41. numer. 35.

4 Eiusque ueritas primo inde efflorescit: quod casus feudorum placitis non expresse decisus, ex iure communi sit explicandus, tit. 1. in fine principij, lib. 2. f. Sed iuris communis dispositione, legitimati per subsequens matrimonium æque admittuntur ad successionem, ac si legitime nati essent. Nouell. 12. cap. ultim. Nouell. 89. cap. 8. cap. tanta, 6. extr. qui filij sint legitimi. Nec huic obstat quicquam, quod in d. §. naturales, liberi naturales, licet postea fiant legitimi, ad feudi successione admitti, generaliter negantur, Feudista enim illic quæstione hæc utramque proponit ac decidit: an naturales filij in feudum succedant? an item in feudum succedant filij legitimati? Huic autem quæstioni tunc solummodo locus est, quando successions casus contingit, hoc est, cum moritur uasallus, de cuius successione agitur, tit. 8. in princ. ibi, si quis igitur decesserit, lib. 1. f. & tit. 1. in princ. ibi, mortuo enim eo, &c. lib. 2. f. Eo tamen quidem tempore de successions iure primum recte quaeritur, non antea: cum impium sit, de uiuentis hæreditate sollicitum esse: & eo maxime tempore ius hæredis inspicendum sit, quo hæreditatem acquirat, si alie-

1 quod Princeps legitime in genere, ad successionem feudorum licet non exprimat in specie, ad talia, & talia feuda. 2 Et nota, quod licet gl. in d. §. naturales loquatur tantum de naturalibus simpliciter: tamen idem est etiam in spurij, & in aly illegitimis, secundum omnes, vt dicit Cuman. conf. 168. num. 4. vbi etiam subdit, quod ita quotidie de facto seruatur. 3 Et hæc quidem conclusio de plano procedit, quando talis legitimatio est facta ab ipso Principe, penes quem est plenitudo potestatis. Sed quid si facta sit a Comite Palatino habente priuilegium legitimandi? Respon. quod idem est dicendum, modo talis Comes habeat in priuilegio expressam potestatem legitimandi ad feuda. Ita dicit Sigmor. conf. 220. num. 4. & seq. & est commun. opin. vt dicit Paris. in d. consil. 1. num. 123. lib. 2. Molin. in consuet. Paris. feud. §. 8. glos. 1. num. 38. 4 Item quæro, quid in eo, qui est legitimatus per subsequens

ius hæredis, ff. de hæredib. inltit. Proinde textus in prælegato §. naturales, intelligendus est de casu, quo pater uasallus decessit, & iam locus est successioni in feudum: id quod arguit etiam ibidem uerbum præsentis temporis, admittuntur. Si Feudista ibi loqueretur de futura in feudum successione, adeoque de tempore, quo uasallus pater adhuc superest est; ueretur certe uerbo futuri temporis, admittentur. Quia uero eo in loco Feudista agit de feudo iam delato, & de præfenti in feudum successione: exaudiendus quoque est de filij legitimatione, post delatam feudi successione facta. Vnde caute addit hæc uerba: licet postea fiant legitimi: id est, licet fiant legitimi, posteaquam casus extitit, quo successioni in feudum locus est, puta, post obitū patris uasalli. Ceterum cum mortuus pater uasallus ducere amplius uxore concubinā suam, matrem liberorum naturalium, sique eos per subsequens matrimonium legitumare nequeat: omnino consequens est, textum d. §. naturales, non de naturalibus filijs, per subsequens matrimonium legitimatis, sed de eiusmodi filijs, alio modo post mortē patris sui uasalli legitimatis, esse accipiendum. Quam interpretationē suadent & confirmant non parum illa uerba: fiant legitimi. Fieri tamen namq; legitimi dicuntur, qui per rescriptū Principis, aut Pontificis Romani (siquidem, & hunc ius legitimandi liberos naturales sibi arrogare, patet ex cap. per uenerabile, 13. extr. qui filij sint legit. & largo stylo, post alios, docet Fortsterus lib. 6. de successioib. cap. 34. & D. Bocer. in tractat. de regalib. cap. 2. nu. 100. & seq. legitimantur: quia singulari illo legitimatiōnis actū id saltem agitur, ut immediate naturales legitimi fiant. Qui autem per subsequens legitimantur matrimonium; illi non legitimi fiunt: sed ipso iure legitimi, ex alio quodam actū, nimirū cōtractu matrimonij, existunt, d. Nouell. 12. cap. 4. circa finem, ibi, proprij existentes atque legitimi, & d. Nouell. 89. cap. 8. ibi, legitimos ei esse sancimus, & ibi, nihilominus prior soboles legitima consistit, cap. 1. ibi, eā legitimam iudicetis, & d. c. tan-